

38.

Coel. XXIV.

Cod. XXIV. <sup>deest</sup>

membran. 4. Colum. Saec. 14.

1.  
2. 77.Threni  
cum  
glossa Giselberti  
Autifiodorensis.

Eleganter scriptus est, et imaginibus ornatus. continentur in eo Threni seu lamentationes et oratio Jeremiae Proph. cum triplici glossa sive commentario historicis, morali et allegorico, quem Giselbertus Autofiodorensis diaconus collegit ex scriptis G. Patrum, maxime Paschali Sabberti, Gregorii M. et Origenis. Coniicitur id ex subscripto, quod legitur circa finem commentarii, nempe: "Sufficiant haec ad expositionem lamentationum iheremie, quae de patribus fontibus hausi ego Giselbertus autofiodorensis ecclesiae diaconus." Teatulus 3. Scriptura omnino vulgata edil. convenit. Ceteroquin hic Codex adeo rarus non est, ut quibusdam videretur; in multis enim castrat Bibliothecis, uti videre est apud Oudin. T. 2. p. 1013. Bill. Mss. Taurinens. Tom. 2. Cod. 713. p. 227. Le long. Biblioth. Saera, part. 2. pag. 744.

Giselbertus, Gislebertus, Gilbertus, aliud etiam Sillebertus, ob scientiam Universalis dictus, ex Autofiodorensi diacono Episcopus Londinensis, obiit trans Alpes versus Romam profectus, ut scribit Wharton. ad 1104. die 10 Aug. Scripsit proter alia commentarios in totum V. et N. Test. Plura de eo si cupis, consule supra citat. Oudin. Le long. in super Henr. Wharton de episcopis Londinens. p. 57. item ejusdem eccles. Anglic. T. II. p. 698. et Cave script. eccles. Hist. Litt. ad an. 1128 p. 576. Manus videtur esse Saec. 14.

Die Handschrift befindet sich jetzt (1991) in Baltimore/Maryland, The Walters Art Gallery, nr. 388 (laut Exkursion des Institutes für Deutsche Philologie des Mittelalters in Marburg, Programm S. 27), 1928 vom Antiquariat D. Rosenthal gekauft.

**Seitenstetten, Benediktinerstift, Cod. 24 [heute: Baltimore, The Walters Art Museum, Ms. W.30]**

Österreichische Akademie der Wissenschaften, Institut für Mittelalterforschung, Abteilung Schrift- und Buchwesen: [manuscripta.at](https://manuscripta.at) -  
Mittelalterliche Handschriften in österreichischen Bibliotheken

Permalink: [manuscripta.at/?ID=27393](https://manuscripta.at/?ID=27393)